

CAROLI LINNÆI

EQUITIS DE STELLA POLARI,

ARCHIATRI REGII, MED. & BOTAN. PROFESS. UPSAL.;

ACAD. UPSAL. HOLMENS. PETROPOL. BEROL. IMPER.

LOND. MONSPEL. TOLOS. FLORENT. SOC.

SYSTEMA
NATURÆ

PER

REGNA TRIA NATURÆ,

SECUNDUM

CLASSES, ORDINES,
GENERA, SPECIES,

CUM

CHARACTERIBUS, DIFFERENTIIS,
SYNONYMIS, LOCIS.

TOMUS I.

EDITIO DECIMA, REFORMATA.

Cum Privilegio S:æ R:æ M:is: Sveciæ.

HOLMIÆ,

IMPENSIS DIRECT. LAURENTII SALVII,

1758.

CLASSIS III.

AMPHIBIA.

PESSIMA tetraque Animalia *Corde uniloculari uniaurito, Pulmonibus arbitrariis, Pene dupliici* dignoscuntur.

AMPHIBIA pleraque horrent Corpore frigido, Colore lurido, Sceletis cartilagineo, Cute foeda, Facie forva, Obtutu meditabundo, Odore tetro, Sono rauco, Loco squalido, Veneno horrendo; non itaque in horum numerum sese iactavit eorum Auctor.

POLYMORPHA in his Amphibiis natura duplicem vitam plerisque concessit: Aliis *Metamorphosin* subire, aliis *Senectam* exuere; aliis *Ovo* nasci, aliis *nudos* fœtus parere; aliis in *siccis humidisque* promiscue vivere, aliis dimidio anno *hyemare*; aliis prædam nisu astute assequi, aliis fascino quasi eandem in fauces revocare.

REPTILES pedati, auribus plano-denudatis absque auriculis, variam vitam ex structura agunt: *Testudines* manuantur Testa; *Dracones* evolant Alis; *Lacertæ* fugiunt Pedibus; *Ranae* absconduntur Loco; nec omnes Veneno profusis carent, ut Bufo, Salamandra, Gecko.

SERPENTES apodes, absque *Auribus* surdos, a Piscibus separant Pulmones, Ovorum catena, Penisque duplex muricatus, affinitas denique cum Lacertis tanta, ac Lacertarum cum Ranis, vixque limites admittens. Hos nuda in terra reiectos, artuum ministerio expertes, omnium injuriæ expositos, armavit Natura conservatrix suis *armis* horrentibus execrabili *Veneno*, in diversis diverso. Sunt autem

autem hæc *Tela* dentibus simillima, sed extra maxillam superiorem collocata, proque lubitu exteſenda & retrahenda, ſacculo ſaniei affixa, quam vulnere inſiant in ſanguinem, tum diri effectus cauſam, cæterum inertem; ſicque *Catonia* hæc morſu virus habent & fatum dente minantur, pocula morte carent, proût ſolide *Reds*. Ne vero hi ſpoliati miſerique armis, quæ ipsis ſupereſſent, nimium ſævirent, decimam quamque tantum ſpeciem armavit (♂) imperans, ſed verſipelles eos voluit, ut dubii omnes metuerentur ab omnibus; at Beneficus Homini dedit *INDIS Ichneumonem* cum *Ophiorbiza*, *AMERICANIS Suem* cum *Senega*, *EUROPÆIS Ciconium* cum *Olea*.

DIAGNOSIN, qui velit horum, eandem deſumat a *Pedum ſuccedaneis Scutis abdominalibus caudalibusque*; ne vero numerus alteri demtus alterique additus ſeduocat, juvat etiam uterque connumeratus (*Act. Stockh. 1752. p. 206.*); ab ano utrinque *Longitudo* illuſtrat, & *Color* in nonnullis; cave vero ne renata ſit mutilata cauda.

NANTES pinnatos aquaticos (*Chondropterygios cartilagineosve dictos Piſces*) Amphibiorum claſſem nunc ſubire jubent *Pulmones* (*) arbitrarîi, Latere licet, non vero branchiis liberis, ſed adhatis, reſpirantes; Maresque Pene duplici inſidentes *Feminiſ!* ovis concatenatis fœtis, fœdaque *Cutis*, *Oſſaque cartilaginea*, cætera. Neque hi omnes *Toxico expertes*, teſte *Paſſinaca*, *Torpedine*.

AMPHIBIOLOGI omnium pauciſſimi ſunt, nullique veri.

Seba numero ſtupendo ſibi ignota pulchre collegit & delineavit, ſed multiplicavit, minimeque deſcripſit. *Catesbaus* nec paucos *Serpentes* pulchrius delineavit, quam notavit.

(*) *Pulmores horum peſtinati ut Piſcium, ſed aduati vaſi arcato cylindrico teneſo, abſque radio oſſeo, nec piſcium ſimili, niſi externa ſigura.*

GENERUM Characteres.

I. REPTILES pedati, spirantes ore :

103. TESTUDO *Corpus Testa munitum.*
 104. DRACO *Corpus Alis volatile.*
 105. LACERTA *Corpus (Testa Alisve) nudum, caudatum.*
 106. RANA *Corpus similiter nudum, e caudatum.*

II. SERPENTES apodes, spirantes ore :

107. CROTALUS *Scuta Abdominalia Caudaliaque cum Cre-
pitaculo.*
 108. BOA *Scuta Abdominalia Caudaliaque absque Cre-
pitaculo.*
 109. COLUBER *Scuta Abdominalia; Squamæ Caudales.*
 110. ANGUIS *Squamæ Abdominales Caudalesque.*
 111. AMPHISBÆNA *Annuli Abdominales Caudalesque.*
 112. COECILIA *Rugæ nude laterales.*

III. NANTES pinnati, spirantes lateribus :

113. PETROMYZON *Spiracula 7.*
 114. RAJA *Spiracula 5 subtus. Corpus depressum.*
 115. SQUALUS *Spiracula 5 lateralia. Corpus teres.*
 116. CHIMÆRA *Spiracula 1. Dentes primores incisores 2.*
 117. LOPHIUS *Spiracula 1. Pinnae pectorales brachio in-
sertæ.*
 118. ACIPENSER *Spiracula 1. Os retractile.*

I. REPTILES.

*Os respirans.**Pedes quatuor.*103. TESTUDO. *Corpus tetrapodum, caudatum, testa obtectum.*

- Mydas.** 1. T. pedibus pinniformibus, unguibus palmarum binis, plantarum solitariis, testa ovata.
Amœn. acad. 1. p. 138. Testudo unguibus acuminatis: palmarum duobus, plantarum unico.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 50. Testudo atra.
Osb. iter. 293.
Gesn. quadr. 78. Testudo marina.
Aldr. quadr. 712. t. 714.
Grew mus. 38. t. 3. f. 4.
Olear. mus. 27. t. 17. f. 1.
Bradl. natur. t. 4. f. 4.
 β. *Seb. mus.* 1. t. 80. f. 9. Testudo marina americana
 Mydas dicta.
Amœn. acad. 1. p. 137. Testudo eadem.
Marcgr. bras. 241. Jurucuja brasiliensibus.
Raj. quadr. 256.
 γ. *Amœn. acad.* 1. p. 287. n. 7. Testudo unguibus acuminatis, palmarum plantarumque solitariis.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 50. Testudo eadem.
Seb. mus. 1. t. 79. f. 4. 5. 6.
Habitat ad insulas Pelagi: insulam Adscensionis &c.
ova membranacea noctu in Arena calcarea rotunda defodit.
Caro viridescens, esculenta; resupinata in mare dormiens natat; incedit tot hominibus, quot ei insistant; in terra resupinata non erigitur. Testa olim pro scutis, fornicibus.
- Caretta.** 2. T. pedibus pinniformibus. unguibus palmarum plantarumque binis, testa ovata acute serrata.
Gron. mus. 2. p. 85. n. 69. Testudo pedibus natatoriis, unguibus acuminatis binis.
Brown. jam. 465. Testudo unguibus utrinque binis acutis, squamis dorfi quinque gibbis.

Catesb. car. 2. p. 39. t. 39. Testudo Caretta Rochef.
Raj. quadr. 258. Testudo Caretta.
Habitat ad insulas Americanas.

- orbicula- 3. T. pedibus palmatis, testa orbiculata planiuscula.
 ris. *Raj. quadr. 254.* Testudo aquarum dulcium?
Habitat in meridionalibus Europæ.
Testa parva integerrima orbiculata, nec antice nec po-
stice emarginata. Sternum postice bifidum. Pedum
digiti membrana connexi in plantam orbiculatam.
- scabra. 4. T. testa planiuscula, scutellis omnibus intermediis dor-
 satis.
Habitat in Indiis.
Corpus & testæ latera subtus albo nigroque varia: Ster-
num antice truncatum.
- lutaria. 5. T. pedibus subpalmatis, cauda corpore dimidio brevio-
 re, testa subconvexa postice tribus scutellis carinata.
Amœn. acad. 1. p. 139. n. 23 Testudo unguibus acu-
 minatis, palmarum plantarumque quaternis.*
Habitat in Italia, Oriente.
Palmae magis palmatae, plantae minus. Sternum postice
truncatum.
- græca. 6. T. pedibus subdigitatis, testa gibba margine laterali ob-
 tusissimo, scutellis planiusculis.
 Testudo tessellata minor africana. *Edw. av. 204. t.*
 204.
Habitat in Africa.
Corpus caudatum, palmis unguibus 5, plantis vero 4.
- carolina. 7. T. pedibus digitatis, testa gibba, cauda nulla.
 Testudo tessellata minor caroliniana. *Edw. av. 205.*
 t 205.
Habitat in Carolina.
Palmae pentadactylæ, Plantae tetradactylæ.
- carinata. 8. T. pedibus digitatis, testa gibbosa, scutellis dorsalibus
 quatuor a terioribus carinatis, sterno integro.
Habitat in Calidis regionibus.

9. T.

Testudines abscisso capite sæpe 14 dies vivunt; hinc in frigidioribus hybernant terre-
stres. Nullum animal Testudine tardius; copula coherent sæpe per mensem.

geometrica.

9. T. pedibus posticis palmatis, testæ scutellis elevatis truncatis.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 50. Testudo unguibus acuminatis : palmarum 5, plantarum 4.

Worm. mus. 317. Testudo picta f. stellata.

Amœn. acad. 1. p. 139 n. 24.

Grew. mus. 36. t. 3. f. 1, 2. Testudo testa tessellata major.

Seb. mus 1. t. 80. f. 8. Testudo minor amboinensis.

Pis. bras. t. 105. Testudo nigricantibus & flavescentibus figuris geometricis.

Raj. quadr. 259. Testudo tessellata minor.

Habitat in Asia.

Testa nigra scutellis flavis radios flavos anastomofantes emittentibus.

pufilla.

10. T. testa hemisphærica : scutellis convexis trapezii margine striatis disco punctatis.

Grew. mus. 38. t. 3. f. 3. Testudo virginea

Worm. mus. 313. Testudo terrestris pufilla ex India orientali.

Raj. quadr. 259. Testudo eadem.

Habitat in India.

serpentina.

11. T. pedibus digitatis, testa subconvexa postice obtusa acute quinque-dentata.

Habitat in Calidis regionibus.

104. DRACO. Corpus tetrapodum, caudatum, alatum.

volans. 1. DRACO. *Syst. nat.* 36. *Gron. mus.* 2. p. 73. n. 46.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 40. Draco.

Amœn. acad. 1. p. 126. Lacerta cauda tereti, pedibus pentadactylis, alis femore connexis, crista gulari triplici.

Bout. jav. 57. t. 57. Lacertus volans f. Diacaulus.

Seb. mus. 2. t. 86. f. 3. Lacerta africana volans f. Draco volans.

N 4

Bradl.

Testudinibus Pedum digiti antici 3, postici 4, toridem unguibus, exceptis marinis pinniformibus pedibus. Scuta testæ numero sapinus conveniant, unde diagnosi Specierum diffinitiva.

Dracones omnes reliqui aëthorum fabulosi sunt, ut HYDRA, Seb. mus. 1. t. 102. f. 1. Hamburgi a nobis visa, non natura, sed artis opus eximium.